

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. II

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

disciplinis esset ornata exponere, finiréque terminationibus eius spech  
es, & è quibus rebus esset nata dicere. Itaq; quid oporteat esse in architect  
etò ibi pronunciaui. Ergo in primo de artis officio: in hoc de natura aliud  
materie rebus, quem habeant usum disputatione. Namq; hoc liber non pro  
fitetur unde architectura nascatur, sed unde origines ædificiorum sunt  
institutæ, & quibus rationibus enutrîtæ & progressæ sint gradatim ad  
hanc finitionem. Ergo ita suo ordine & loco huius erit uoluminis consti  
tutio. Nunc reuertar ad propositum, & de copijs quæ aptæ sunt ædificio  
rum perfectionibus, quemadmodum uideantur esse ab natura rerum pro  
creatae, quibusq; mixtionibus principiorum congressus temperentur, ne  
obscura, sed perspicua legentibus sint, ratiocinabor. Namq; nulla mate  
riarum genera, neq; corpora, neq; res sine principiorū cœtu nasci, neq;  
subiecti intellectu possunt, neq; aliter natura rerum præceptis Physico  
rum ueras patitur habere explicationes, nisi causæ, quæ sunt in his re  
bus, quemadmodum, et quid ita sint, subtilibus rationibus habeant demon  
strationes.

DE PRINCIPIIS RERVM SECUNDVM  
Philosophorum opiniones. C A P. I I.

Thales.  
Heracli  
tus Ephes  
ius.  
Democri  
tus.  
Epicurus.  
Pythago  
rei.

**T**HALES quidem primum aquam putauit omnium rerum esse  
principium. Heraclitus Ephesus, qui propter obscuritatem scri  
ptorum, à Græcis σκοτιός est appellatus, ignē: Democritus, quiq; eum  
secutus est Epicurus, atomos, quas nostri inseparabilia corpora, nonnullū  
diuidua vocauerunt: Pythagoreorum uero disciplina adiecit ad aquam  
& ignem, aëra & terrenum. Ergo Democritus & si non propriæ res  
nominauit, sed tantum diuidua corpora proposuit, ideo ea ipsa dixisse  
uidetur, quòd ea cum sint disiuncta, nec leguntur, nec intermissionem reci  
piunt, nec sectionibus diuiduntur, sed sempiterno æuo perpetuo infinita  
retinent in se soliditatē. Ex his ergo congruentibus, cū res omnes coire  
nasciç; uideantur, & ea in infinitis generibus rerum natura esse diffi  
cile, putauit oportere de uarietatibus & discriminibus usus earū quasq;  
haberent in ædificijs qualitates exponere, uti cum fuerint notæ, non habe  
ant qui ædificare cogitant, errorem, sed aptas ad usum copias ædificij  
comparent.

DE LA: